



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Abbas

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645



A PHORISMI
CONFESSARIORVM,
EX DOCTORVM SEN-
tentijs collecti.



B B A S, *vide Benedictio, Ordo,*
Religio, Statutum.

Abbatissa, vide Religio.

Abortus, vide Homicidium.

ABSOLVTIO, *vide Casus*
reseruatus, Contritio, Confessio, Episcopus,
Excommunicatio, Exemptus, Satisfactio.

§.1. Absolutionis verba necessaria sunt, Absoluo te. dicendum tamen, vt est in vsu, **E G O** te absoluo à peccatis tuis. Quin etiam imitandus sapientum mos, qui ita absoluunt post auditam Confessionem, & impositam pœnitentiam: Misereatur tui omnipotens Deus; & dimissis peccatis tuis, perducatur te in vitam æternam, Amen. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius te absoluo, primùm à sententia Excommunicationis, in quantum possum & indiges: deinde te absoluo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Passio Domini

A nostri